

SCRIPTORES GRAECI ET LATINI
CONSILIO ACADEMIAE LYNCEORVM EDITI

APPENDIX VERGILIANA

ARMANDVS SALVATORE, ARCTVRVS DE VIVO,
LVCIANVS NICASTRI, IOANNES POLARA
RECENSERVNT

ROMAE
TYPIS OFFICINAE POLYGRAPHICAE
MCMXCVII

CONSPECTVS SIGLORVM

- G* = lectiones uulgo dictae Gyraldinae, quae ad uu. 138–286 pertinent.
- T* = Laurentianus plut. 33.9 (uu. 268–275 et 279–286 habet), saec. XV.
- φ = florilegium conseruatum in:
- p* = Parisino Lat. 7647, saec. XII–XIII;
 - n* = Parisino Lat. 17903, saec. XIII;
 - e* = Escorialensi Q I 14, saec. XIII–XIV;
 - b* = Berolinensi Lat. Diez B 60, saec. XIV;
 - a* = Atrebatensi 64, saec. XIV;
- (Habent uu. 222–223, 228, 229 et 226 in unum u. conflatos, 231–250, 224–225, 257–259, 278, 276–277, 260–268, 632–633).
- Ω = consensus omnium (uel plurimorum) codicum et editionum, praeter *GTφ*.
- C* = Cantabrigiensis Kk V 34, saec. X.
- S* = Stabulensis, nunc Parisinus Lat. 17177 (uu. 1–345 habet), saec. X.
- Ⓢ = consensus codicum *HARVWLKΓ* et editionum *p ξ*.
- Z* = consensus codicum *HAR*.
- H* = Helmstadiensis 332, saec. XV.
- A* = Arundelianus 133, saec. XV.
- R* = Rehdigeranus 125, saec. XV.
- V* = Vaticanus Lat. 3272 (uu. 1–433 habet), saec. XV.
- W* = Sloanianus 777, saec. XV.

- p* = editio Romana Vergili a. 1471.
- L* = Vaticanus Lat. 3255, saec. XV.
- ξ* = editio Romana Vergili a. 1473.
- K* = Corsinianus 43 F 21, saec. XV.
- Γ = Corsinianus 43 F 5 (uu. 1–6 habet), saec. XV in.
- H*² = manus secunda in *H*.
- Exc. Pith.* = Excerpta Pithoeana quae dicuntur, in Cod. Bodl. D'Orville 195 seruata.

CONSPECTVS LIBRORVM

Editiones et commentaria

- J. SCALIGER, *Publii Virgilii Maronis Appendix*, Lyon 1573.
 Th. GORALLUS (uel I. CLERICUS uel J. LE CLERC), Amsterdam 1703;
 1715².
 C.A. SCHMID, Brunswick 1769.
 J.C. WERNSDORF, *Poetae Latini Minores* IV 1, Altenburg 1785.
 J.H.F. MEINEKE, Quedlinburg 1818.
 F. JACOB, Leipzig 1826.
 H.A.J. MUNRO, Cambridge 1867.
 M. HAUPT, *P. Vergili Maronis Opera*, Leipzig 1873².
 E. BAEHRENS, *Poetae Latini Minores* II, Leipzig 1880.
 S. SUDHAUS, Leipzig 1898.
 R. ELLIS, *Corpus Poetarum Latinorum* a I. P. POSTGATE editum,
 II, London 1900.
 Id., Oxford 1901.
 J. VESSERAU, Paris 1905.
 F. VOLLMER, *Poetae Latini Minores* I, Leipzig 1910; 1927²; 1930
 (ed. iter. curis W. MOREL).
 M. LENCHANTIN DE GUBERNATIS, Torino 1911.
 J. VESSERAU, Paris 1923.
 M. LENCHANTIN DE GUBERNATIS, Torino 1926.
 E. SCHWARTZ, Berlin 1933.
 J.W. DUFF - A. M. DUFF, *Minor Latin Poets*, London-Cambridge
 Mass. 1934.

- R. GIOMINI, *Appendix Vergiliana*, Firenze 1953; 1962².
 L. HERRMANN, *Le Second Lucilius*, Bruxelles 1958.
 W. RICHTER, Berlin 1963.
 F.R.D. GOODYEAR, Cambridge 1965.
 Id., in W.V. CLAUSEN, F.R.D. GOODYEAR, E.J. KENNEY, J.A.
 RICHMOND, *Appendix Vergiliana*, Oxford 1966.
 A. DE VIVO, Napoli 1987¹.

Studia

- G.B. ALBERTI, *Problemi di critica testuale*, Firenze 1979.
 L. ALZINGER, *Studia in Aetnam collata*, Leipzig 1896.
 Id., « NJPhP » 153, 1896, pp. 845-860.
 Id., « BBG » 35, 1899, pp. 269-275.
 Id., « BBG » 36, 1900, pp. 649-656.
 J. ANDRÈ, « REL » 41, 1963, pp. 495-496.
 Id., « RPh » 41, 1967, pp. 182-183.
 I. ASCIONE, « Vichiana » n.s. 5, 1976, pp. 128-132.
 EAD., « Vichiana » n.s. 5, 1976, pp. 258-289.
 EAD., « Vichiana » n.s. 7, 1978, pp. 142-164.
 Th. BIRT, *Claudii Claudiani Carmina*, Berlin 1892.
 Id., « Philologus » 57, 1898, pp. 603-641.
 J.H. BORMANS, « Bulletins de l'Académie Royale de Belgique »
 21.2, 1854, pp. 258-379.
 C. BRAKMAN, « Mnemosyne » ser. 2, 51, 1923, pp. 305-317.
 K. BÜCHELER, « RhM » 54, 1899, pp. 3-7.
 K. BÜCHNER, *RE* VIII A1, coll. 1136-1155 (s. v. *P. Vergilius Maro*).
 G. CAMBIER, « Latomus » 22, 1963, pp. 97-99.
 A. CARTAULT, « RPh » 25, 1901, pp. 344-345.
 W. CLAUSEN, « CPh » 59, 1964, pp. 90-101.
 C. CONTI, « BStudLat » 4, 1974, pp. 240-248.

hic princeps magnoque sub hoc duce militat ignis.

nunc quoniam in promptu est operis natura solique,
 220 unde ipsi uenti, quae res incendia pascit,
 cur subito cohibent uires, quae causa silenti,
 subsequar: immensus labor est sed fertilis idem,
 digna laborantis respondent praemia curis.
 non oculis solum pecudum miranda tueri
 225 more nec effusos in humum graue pascere corpus,
 nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas,
 ingenium sacrare caputque attollere caelo,
 scire quot et quae sint magno natalia mundo
 principia, occasus metuunt an saecula pergunt
 230 et firma aeterno religata est machina uinclo;

219 *Lucr.* I 265; II 583; III 185; IV 97 • 222 *Verg. georg.* IV 2, 6; *catal.* 9, 41; *Manil.* IV 393 • 223 *Verg. Aen.* I 605; IX 252-253; XI 856-857; *Ou. ars* II 702; *Opt. Porf. carm.* 5, 17-18 • 225 *Lucr.* III 113; *Ou. met.* I 84 sqq.; *Manil.* IV 897 sqq. • 226 *Verg. georg.* II 490; *Ciris* 254; *Stat. silu.* III 5, 50; *Claud. carm. min.* 68, 5 • 227 *Verg. Aen.* IX 681-682; *Ou. met.* I 85-86; *Germ.* II • 228 sqq. *Lucr.* V 1212 sqq.; *Ou. met.* 67-68 • 230 *Lucr.* V 95-96; *Manil.* II 807; III 55; *Germ.* 19-21; *Lucan.* I 79-80.

218 hic *Schrader*: hinc G C S: nunc Z V W p | magnoque *Munro*: magnosque C S H: magnusque A R V W p: magnus qui G | magnus, quo sub duce *Baehrens* • 219 prom(p)tum H R K^{a.c.} | operi Φ • 220 unde G: una Ω • 221 cur G: cum Ω | cohibent G: cohibetur Ω: cohibentur *Matthiae* | uires *Heinsius*: iners G: inest Ω | silendi G • 222 inde ab immensus incipit φ • 223 pigra G | laboranti V p: laboratis G W • 224 tueri G: fuere Ω: uidere φ • 225 effusos *Wernsdorf, Jacob*: effusis (-us n) Ω φ • 226 h.u. cum 229 in φ conflatus est: principia et rerum dubias exquirere causas | rerum G φ: rebus Ω | exposcere A R • 227 ingenium sacrare G: sacra per ingentem (ignentem V: urgentem p: rigentem K^{p.c.}) Ω: sacrare ingenium *Schwartz* | caputque attollere caelo G: capitique attollere caelum Ω • 228 quod C H R p | in magno A R: cur (-m) magno V W p | natalia C S φ: fatalia G: talia Φ • 229-230 om. V • 229 an *Gorallus*: ad Ω • 230 uinclo G C: mundo S φ.

solis scire modum et quanto minor orbita lunae,
 haec breuior cursu (ut) bis senos peruolet orbes,
 annuus ille meet, quae certo sidera currant
 ordine quaeue suos seruent incondita motus;
 233 scire uices etiam signorum et tradita iura
 235 (sex cum nocte rapi, totidem cum luce referri),
 235 nubila cur caelo, terris denuntiet imbres,
 quo rubeat Phoebe, quo frater palleat, igni,
 tempora cur uariant anni, uer, prima iuuenta,
 cur aestate perit, cur aestas ipsa senescit
 240 autumnoque obrepit hiems et in orbe recurrit;
 axem scire Helices et tristem nosse cometen,
 Lucifer unde micet, quaeue Hesperus, unde Bootes,

231-233 *Lucr.* V 618-619, 774-775; *Prop.* II 20, 21; *Germ. frg.* 2, 10-14. • 233-234 *Lucr.* II 252; V 679, 732, 736, 1183, 1439; *Ou. met.* XV 71; *Manil.* I 109-112; II 72; *Sen. Phaedr.* 333. • 235 *Manil.* I 810; III 33. • 235b *Manil.* I 244. • 236-237 *Verg. georg.* I 427-431, 453; *Manil.* I 99. • 238-240 *cf. Hor. carm.* IV 7, 9-12; *Ou. met.* XV 199 sqq. • 238 *Verg. Aen.* VII 51.

231 lunae *Schwartz*: luna est *CSHV*: lunae est *H² ARW p q*. • 232 hoc *G*: ac *Schwartz* | ut *add. Ellis*: cursu bis senos *GCS*: cur sublimis *Z*: cur bis senos cito *q*: cur sic bis senos *Baehrens* | c... breuior cur ... *VW*: cur illi breuior cur isti *p*, *codd. pessime corrupti* | peruolat *G*. • 233 meet *q*: mouet *GHRWK^{ms}*: monet *CSAVp* | sidere *CSHA*. • 234 uerba post ordine *om. q* | quaeue *GCS*: quaeue *Φ* | suos *G*: suo *Ω* | seruent *G*: errant *CSZW*: erant *V*: careant *p*: errant *Munro* | motus *G*: cura *CSARWp* | thura *H*: tura *V*: cursus *Munro*: alii alia. • 235 et *ξ*: *om. Ω q* | cura est *q*. • 235b solus habet *G*. • 236 caelo terrae *VWp*: panope caelo *G*: iris caelo *Exc. Pith.*: Sterope caelo *Jacob*: Phaeo caelo *Unger*: alii alia. • 237 igne *GARp*. • 238 uariant *GCS*: uariant *Φ q* | uer prima iuuenta *G*: primaque iuuenta *Ω q*. • 239 cur *GZVW*: cura *CS*: uer *p q* | perit *GCSZVW* *K^{ms}*: praet *p* | cura *C*: cur et *VW* | senescat *AR*. • 240 currit *H*: cucurrit *H² VWp K^{ms}*: cucurrunt *K*. • 241 cometem *ZVWp q*.

Saturni quae stella tenax, quae Martia pugnax,
 quo rapiant nautae, quo sidere lintea tendant;
 245 scire uias maris et caeli praediscere cursus,
 quo uocet Orion, quo Sirius incubet index,
 et quaecumque iacent tanto miracula mundo
 non congesta pati nec aceruo condita rerum,
 sed manifesta notis certa disponere sede
 250 singula, diuina est animi ac iucunda uoluptas.
 sed prior haec homini cura est, cognoscere terram
 quaeque in ea miranda tulit natura notare:
 haec nobis magis adfinis caelestibus astris.
 nam quae mortali spes quaeue amentia maior,
 255 in Iouis errantem regno perquirere uelle?
 tantum opus ante pedes transire ac perdere segne est.

244 *Germ.* 12-14. • 245 *Verg. georg.* I 51. • 246 *Manil.* V 12; *Val. Fl.* I 683-684. • 250 *Lucr.* II 3; III 28; *Ou. fast.* I 297-298. • 252 *Manil.* II 150. • 255 *Lucr.* VI 382; *Manil.* I 13-19; IV 906 sqq. • 256 *Enn. trag.* 187 *Joc.*

243 quae ... quae (quae et *V*: et *W*) *GCSZVW*: cur ... cur *p*. • 244 tendent *H*: pandant *G*. • 245 praedicere *Φ q*. • 246 qua *G* | uocet *G*: uolet (-at *p*) *Ω q* | Sirius *Ald.* 1517: setius *CS*: secius *HVW*: serus *AR*: seuus (et *add. L*) *p*: *om. q*: Serius *Housman* | incubat *Hn*: excubet *G*. • 247 nec *Schwartz* | latent *Exc. Pith.*. • 248 congesta *G*: digesta *Ω q*: disiecta *Gorallus* | incondita *Scaliger*. • 250 diuini *VWp* | uoluntas *q*. • 251 hac *Schrader* | homini *Schrader*: omni *G*: hominis *S* (ut uid.) *Z*: dominis *C*: hominum *VWp*. • 252 *om. AR* | quaeque in ea *G*: et quae nunc *CSHVWp*: et quae tot *Exc. Pith.*: et quae illinc *Schwartz*: et quae illic *Goodyear*. • 253 magis *G Exc. Pith.*: magna *Ω*. • 254 mortali *G*: mortalis *Ω* (*om. K*): mortales (uocat.) *Lindenbruch* | spes quaeue *Munro*: spes est quaeue *C* (est *scr.*) *SH*: spes est quae *AR*: species quae ue *VW*: species quae *p*: cuiquam est *G*: res est quae *Lindenbruch*: superest *Ellis* | maius *HAR² RVW*: magis *A²...*: *S non l.*. • 255 in] quam *Sudhaus* | uelle *Ω*: diuos *G*. • 256 ac *GCSH*: et *ARVWp* | spernere *Schrader*: alii alia | segne est *G*: segnes *Ω*: segnem *Schrader*.

257 torquemur miseri in parvis premimurque labore,
 276 scrutamur rimas et uertimus omne profundum,
 277 quaeritur argenti semen, nunc aurea uena,
 278 torquentur flamma terrae ferroque domantur,
 258 dum sese pretio redimant, uerumque professae
 tum demum uilesque iacent inopesque relictæ.
 280 noctes atque dies festinant arua coloni;
 callent rure manus; glebarum expendimus usum:
 fertilis haec segetique feracior, altera uiti,
 haec plantis humus, haec herbis dignissima tellus,
 haec dura et melior pecori siluisque fidelis,
 285 aridiora tenent oleae, sucosior ulmis

257 Manil. IV 1 sqq.; 396 sqq.; Lucan. IX 755 • 276-277 Lucr. I 211-212; V 210-211; VI 808-809; Verg. georg. II 165-166; Ou. met. III 8, 53; Manil. II 824-825; IV 246 sqq.; V 523 sqq.; Octavia 417 sqq. • 278 Verg. Aen. IX 608 • 258 Verg. Aen. IX 213; catal. 5, 12 • 259 Verg. georg. I 65 • 260 Lucr. II 12; III 62; Verg. georg. I 125; Aen. VI 127; Tib. I 9, 8; Manil. I 877; IV 339, 400-401 • 261 Gratt. 122 • 262 sqq. cf. Verg. georg. I 47 sqq.; II 177 sqq.; 228-229 • 265 Verg. georg. II 144.

257 terimurque G | labore G C S H² φ: laborem H: laboris A R: labentes V p: labantes W ξ • 276-278 huc signis numerisque reuocauit Burmannus in collatione Leidensi et uerum ordinem in G seruatum fortasse restituit, quia hi u. post 275 in T non leguntur (cf. Vollmer, introd. p. 28); post 275 habet Ω, sed post 259 habet φ (in hoc ordine: 278, 276, 277), quod aliqua ex parte G confirmare uidetur • 276 et uertimus G C S Z φ: euertimus W p: euntibus V: euerimus Exc. Pith. • 277 semen ut argenti queratur et (ut p a) aurea uena φ • 278 torquentur G | domantis Z • 258 abscissus in S | ut sese φ | aurumque Maehly: lucrumque Baehrens • 259 uilesque iacent Maehly: uiles taceant Ω: humilesque iacent G: (uiles) iaceant Exc. Pith.: uilesque tacent Wight Duff | turpe silent artes uiles φ • 260 festinent C S p² • 261 expendimus usum G: expellimur usu C S Z V W φ: experimur uersus (usus L) p: expergimur usu ξ: expenditur usus Wernsdorf: alii alia • 262 segetis G • 263 plantis G: platanis Ω φ | ditissima Exc. Pith. • 264 dura et φ: duro G: diuiti C S Z V W p: diu L • 265 ulmus C S Z.

grata. leues cruciant animos et corpora causae,
 horrea uti saturent, tumeant et dolea musto,
 plenaque desecto surgant faenilia campo:
 sic auidis semper quiduis est carius ipsis.
 270 implendus sibi quisque nobis est artibus: illae
 sunt animi fruges, haec rerum maxima merces,
 scire quid occulto terrae natura coercet,
 nullum fallere opus, non mutum cernere sacros
 Aetnaei montis fremitus animosque furentis,
 275 non subito pallere sono, non credere subter
 caelestis migrasse minas aut Tartara rumpi,
 279 nosse quid intendat uentos, quid nutriet ignes,
 280 unde repente quies et muto foedere pax sit.

267 Prop. III 17, 17 • 270-271 Verg. georg. II 143-144 • 271 Lucan. II 655; V 286 • 274 Lucr. II 593 • 279 Manil. I 854; Lucan. V 608 • 281 Lucr. VI 667, 1090; Verg. Aen. VIII 238; Ou. met. XI 602.

266 curae Exc. Pith. • 267 horreaque ut sature G | rudeant H: tundeant A: tundant R: tendant Ellis | et Ω φ: ut G Exc. Pith. • 268 incipit T, des. post h.u. φ | faenilia C: fenialia S: reuilia A R: funalia K • 269 auidis Matthiae: auidi Ω | quiduis est carius Wagler: qua uisum est carius (carnis H) Ω: quouis (fort. G) est carior T G: quaeuis res carior Baehrens: sua res est carior Sudhaus: quod uisum est carius Dickinson | ipsis T² φ: G: illis T² φ: istis Ω: instat Dickinson • 270 illis Ω • 271 hae C S H | maxima Ω: est optima T G • 272 exculto C S: occultum Exc. Pith. | terrae natura T G: terra natura C S: natura terrae H: naturae terra A R V W p • 273 mutum Haupt: multum T G V K: multos C S ξ: multo Z W p: mutos Scaliger • 274 animosque T G C S: animisque Z: animumque V W p • 275 callere C S Z V W • 279 caelestis T C S H²: caelesti φ | aut T G C S Z: ad V W p | rumpi T G: mundi Ω • 280 intendat T G: impediatur Ω | ignes T H² V W p: ignis A R: illos C: om. S H • 281 reperta T G | muto Oudin (cf. u. 221): multo T Ω: iuncto Mencken: nullo Alzinger: alii alia | est T G | post h.u. lacunam posuit Munro.